



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 27. Mors Cardinalis Pasquæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI. Ranutius gerendis maximi momenti
A.C. 1565. rebus præfectus Ecclesiæ utilitatem
toto studio procurabat, atque Tridentini Concilii decreta in sua Diæceti ex-
acte observari studebat: postquam vero
Bononiæ Divi Petri festivitatem cele-
braverat, atque inde reversus Parmæ
Fratrem suum Octavium visum ire pe-
rexerat, ibidem feria secunda die vi-
gesima octava Novembris hoc anno non-
nisi trigesima quinque annos natus mor-
talitatem exuit, non sine ingenti sacri
Collegii luctu, præcipue Pii IV. Pontifi-
cis, qui hujus Viri pietatem, ingenii
aciem, ejusque eruditionem plurimi
habebat. Illius laudes Borromæus
Cardinalis in pleno Patrum Collegio
deprædicabat, & Cardinalis Sadoletus
hujus Purpurati merita, ac præclaras
ingenii dotes digna laude extollebat.

**Sodat. l. 15.
p. 9. & 10.**

§. XXVII.

Mors Cardinalis Pasquæ.

Sextus erat Simon Pasqua alias de Ni-
gris dictus, Galeotti Guilielmi Ge-
nuensis Patritii filius, qui a teneris jam-
jam annis Philosophiæ, Medicinæ, lin-
guæ Græcæ, ac postea Theologiæ ope-
ram dabat, in omnibus hisce scientiis
excellens: unde Genuensis Respublica,
cum tanti Viri merita maximi haberet,
eundem Legatum in Angliam decerne-
bat;



menti
tatem
riden-
eti ex-
n vero
cele-
armæ
e pe-
ie vi-
non-
mor-
facri-
ntifi-
genii
urimi
æsus
egio
etus
aras
t.

Ni-
Ge-
am-
lin-
pe-
tiis
ca,
et,
ne-
at;

bat, ut Philippo II. & Mariæ Reginæ Sæcul. XVI.
Nuptias faustissimas precaretur. Re- A.C. 1565.
fert quoque Petra Mellarius, quod Si-
mon tanquam Medicus Pio IV. inser-
vierit, atque ab eodem Lunensis in
Etruria, & Sarzanensis Episcopus crea-
tus, ac postea ad Tridentinam Syno-
dum ablegatus fuerit: cum autem Vir
esset doctrina, morumque integritate
conspicuus, ac fidei Catholicæ contra
hæreticos tuendæ studiosissimus audi-
ret, Anno reparatæ salutis millesimo
quingentesimo sexagesimo quinto a Pio
IV. purpura decoratus est: eodem au-
tem anno die quarta Septembribus tum
annos septuaginta duos natus animam
Deo reddidit, corpusque ejus in Eccle-
sia sanctæ Sabinæ, cuius titulum gere-
bat, reconditum, & postea Genuam in
patriam suam translatum est in Templo
sanctæ Mariæ de Pace apud FF. Mino-
res de Observantia sepultum.

§. XXVIII.

Vicecomes Cardinalis Naturæ debi- tum solvens.

Septimus erat Carolus ex nobilissima Ciacon. t. 3.
Mediolanensi Vicecomitum familia, or- pag. 963.
tus regiusque Senator, qui Anno Incarna-
tionis Dominicæ millesimo quingentesi-
mo sexagesimo a Mediolanensi Magi-
stratu Orator ad Philippum II. Hispaniæ
Regem

Pallav. hist.
Conc. Trid.
Aubery vie
des Cardin.